

Dum ex Commissione Admodum Reverendi Patris *Gerardi à Stigmatibus Christi*, Provinciæ nostræ Germaniæ Superioris Provincialis Cœlum hoc *Sydereum & Stellatum*, id est, sic intitulatas Conclaves Festivales nostri Reverendi Patris *Josephi à Virgine MARIA*, Concionatoris Eximii semel percurri, iterum iterumque totum gyrum hujus Cœli circui vi solus, seu solitaria & attenta mente consideravi, & Ecce! inveni totam hujus stellati Cœli substantiam esse incorruptibilem, nullive seu in fide, seu pietate, seu bonis moribus corruptioni obnoxiam, sed huic potius, ceu sal putori, noxiā atque contrariam: imò verò, licet pluribus Recentioribus cum Democrito substantia Cœli videatur fluida, aliis cum Aristotele duntaxat solida, hoc nihilominus stellatum Cœlum & tersi Germanismi, seu Verborum elegantiā fluidissimum, & simul rerum, materiarum, conceptuum, moralitatum, historiarum & authoritatum gravitate solidissimum reperi, ut meritò nomen gerat syderei ac stellati Cœli, in quo nimurum, ut cum Augustino serm. 134. de temp. loquar, *Sol Christus est, Luna MARIA, Stellæ quoque luentes Apostoli, Martyres, Virgines, Virtutum suarum flammæ*, quam in hoc Cœlo Ignei Authoris ingenium succedit, fidelibus è mundi cœno ad Cœlum Cœli elegantissimè radiantes.

Quid jam ergo? Num sinistrâ censura ponam in hoc Cœlum os meum? Absit; Meum esto judicium: Quemadmodum teste Prospero lib. 2. *Vocat. gent. c. 1.* Cœlum consono speciei suæ, ordinatisque concentu protestatur gloriam Dei, & prædicatione perpetua Majestatem sui loquitur Authoris: Ita Cœlum hoc Sydereum & stellatum bellissimo suæ dispositionis, ordinationis, compositonisque concentu, pulchritudine ac elegantia suum alias licet typis notissimum laudat, prædicat & protestatur Authorem; dignum proinde quod suam publicè influat virtutem his inferioribus seu immundo mundo immersis mentibus: Dignum ut ejus stellæ virtutum suarum splendore illuminent, seu erudiant ad justitiam multos, qui tandem & ipsi splendeant quasi stellæ in perpetuas æternitas:

tes: Dignum, ut maximè Pastorum & Concionatorum *conversatio*,  
seu studiū & lectio in hoc Cœlo sit, quō fiet, ut & suos facile cœle-  
stes facient Auditores. Ita censeo ex Carmelo nostro Herbipolensi  
ad S. Barbaram DeCIMA CVrentis Aprilis.

F. Columbanus à S. Spiridione,  
Lector Jubilatus p. t. præfati Carmeli  
Herbipolensis Prior.

## APPROBATIO.

Inter cœtera Sapientiae Divinæ opera, haud illustrius quām in stel-  
latâ firmamenti aulâ, tot purissimis speculis quot lucidissimis  
astris, reflexum Omnipotentis dexteræ relucet magisterium; Psalte  
Regio attestante, *Cœli enarrant gloriam Dei*, &c. verū ex Com-  
missione Admodūm Reverendi Patris Gerardi à Stigmatibus Chri-  
sti, Province nostræ Alemaniæ superioris Provinciales &c. Dum in  
Opus Concionum Festivalium Reverendi Patris Josephi à Virgine  
Mariâ, Sacri Ordinis Carmelitarum, ejusdem Provinciæ Conciona-  
toris Emeriti conjeci oculos, illud attentâ mentis acie sæpius con-  
templans; non immeritò Cœlum novum sydereum ac stellatum re-  
præsentare videbatur, nullâ prorsus Fidei orthodoxæ aut bonis mo-  
ribus adversâ caligine obscuratum; in quo non tantum duo lumi-  
naria, Christus Sol Justitiae, & Maria, quæ pulchra ut Luna, ambu-  
lantes in tenebris & umbrâ mortis illuminat, gloriösè collucent,  
sed & Duodenarius Apostolici Chori Zodiacus, aliaque præfulgida  
Ecclesiæ triumphantis sydera coruscant: Hujus igitur Cœli novi  
gloriam aeternosque honores cùm præfatus Author famosissimus  
mirâ Eloquentiæ energiâ & solitâ Idiomatis Germanici facundiâ  
enarret, sicq; fervido Evangelicæ Doctrinæ zelo, fidelium corda,  
spretis caducis Mundi voluptatibus, ad Cœlestium amorem inflam-  
met; dignissimum proinde judico, ut Cœlum hoc novum, lucem  
novam ac publicam omnibus communicet. Dabam Bambergæ ad  
S. Theodorum die 10. Aprilis In Dom' nIC' p'ssonis Christi.

F. Avertanus à S. Gerardo, SS. Theo-  
logiæ Lector, p.t. Carmeli Bambergensis Prior.

Votus